Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26088
Copyright: Admont, Benediktinerstift

capere possit intrare. Qui autem se non humiliat sed extollit
per maceriam uult ascendere. Qui autem per maceriam ascendere
ideo exaltat ut cadat. Recte tamen adhuc loquitur dns
ihc. nondum intelligitur. Hominat ostium nominat
ouile noiat oues. commendat hec omnia. sed nondum
exponit. Legamus ergo. quia uenturus est ad ea uerba
in quibus nobis aliquid que dixerit dignetur exponere. ex quo ex
positione dabit nobis fortasse etiam illa que non exposuit in
telligere. Pascit enim manifestis. exercet obscuris. Qui non
intrat per ostium in ouile ouium sed ascendit aliunde. ue
misero quia casurus est. Sit ergo humilis. per ostium intret
plano pede ueniat et non offendet. Ille inquit fur est et
latro. Oues suas uult dicere oues alienas. ad hoc suas
idest furto ablatas non ut saluet sed ut occidat. Ergo fur
est quia quod alienum est suum dicit. latro quia et quod est
furat occidit. Qui autem intrat per ostium. pastor est ouium.
Huic ostiarius aperit. De ostiario isto tre gramus. quando ab
ipso dno audierimus quod sit ostium et quis sit pastor. Et oues
uocem eius audiunt. et propias oues uocat nominatim.
Habet enim nomina earum scripta in libro uite. Propias
oues uocat noiatim. Hinc ait apls. Hoium dns qui sunt eius.
Et educit eas. Et cum propias oues emiserit ante eas uadit
et oues illum sequuntur quia sciunt uocem eius. alienum autem
non sequuntur sed fugiunt ab eo. quia non nouerunt uocem alienam.
Tecta sunt hec. plena questionibus et grauida sacramentis.
Sequamur ergo et audiamus magistrum ex his obscuris aliquid
aperiente. et per id quod aperit nos forte intrare facientem.
Hoc prouerbium dixit illis ihc. illi autem non cognouerunt quod